



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. LXXVI. De Adventu Marchionis Brandenburgensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Poppo de Ofterna VI. Magister Gen. Ord. Teutonici.  
Henricus de Wida III. Magister Provinc. in Prussia.*

castris (b) Ochtolite, & modo supra dicto ipsum expugnantes, captis ibi pluribus hominibus & ipsius territorio & occisis, funditus combusserunt. Castrenses autem de tribus alijs castris, scilicet Unstrapis, Gundovv & Angetete, videntes, quod Dominus pugnaret pro fratribus, & non possent eis amplius in bello resistere, dederunt obsides & colla sua fidei Christianæ & Fratribus humiliter subjecerunt.

## ANIMADVERSIONES.

- (a) Jeroschinus interpret Dusburgii nominat eum Burchardum.  
(b) Jeroschinus legit Auçolite, alii Ochtadite.

## CAP. LXXV.

De

*Vastatione cuiusdam partis Nattangia.*

Cum hic viris de Wohensdorph & alijs, quos habere poterat eadem Commendator, congregavit exercitum & intravit quoddam confinium terræ Nattangia, quod cum alijs pacem ultimo factam noluit acceptare & per rapinam & incendium vastavit. Capitaneum dicti confinii dictum Goducke cum duobus filiis & multis alijs occidit, uxorem ejus & totam familiam cum mulieribus & parvulis cum præda alia deduxit.

## CAP. LXXVI.

De

*Adventu Marchionis Brandeburgensis.*

Hoc anno scilicet Domini MCCLV, dominus Joannes Marchio

*Poppo de Oßerna VI. Magister Gen. Ord. Teutonici,  
Henricus de Wida III. Magister Prussia Provinc.*

chio Brandeb. vir in armis exercitio ex experientia sufficienter instructus, cum multa militia & armatorum apparatu venit ad terram Pruschia tempore hyemali, sed quia hyems fuit tepida ad hostes fidei vicinos transire non potuit. Sunt enim intermedia paludes & alia viarum discrimina, quæ non nisi in intensissimo gelu indurantur & eis sic non induratis non patet transitus ad eos. Unde necessitate cogente rediit ad patriam & pro voluntate meriti facti recepit, licet opus volitum non complevit.

CAP. LXXVII.

*De,*

*Fratre Gerhardo Magister Pruschia.*

FRater (a) Gerhardus de Hirzberg terræ Pruschia IV. præfuit II. annis. Hic post multa quæ fecit bona in terra Pruschia, reversus Almanniam factusque Magister terræ Teutonia, ibique mortuus est & sepultus.

ANIMADVERSIO.

(a) Inter hunc Gerhardum de Hirsberg & Decessorem illius Henric. de Wida interponit Grunovius alium Magistrum Provinciam, nomine Gerhardum de Klevven, cui deinde ab Annone de Sangerhausen suffectum esse dicit, Gerhardum de Herzberg. *Vid. Grunovv. Tractat. VIII. fol. 100. b. & fol. 112. a. fin.* Confusio illa sine dubio inde oritur, quod Vicegerentes Magistri generalis non distingvat à Magistris Provincialibus.

CAP. LXXVIII.

*De*

*Laudabili vita cujusdam fratris  
de Kuningsberg.*

Hoc